

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich
Dział (opys) 1

201. Szylarski, Valent i inni. Leges Schola Sanctissimi Spiritus Cracovia 1762 i Kronika Szkoły od 1757-1788.

Львівська бібліотека
АН УРСР

ВІДДІЛ РУКОПИСІВ

р.4 (бав.) : 201

Szyllarski Valentini
Leges
Scholę S^{mi} Spiritus
Cracovia.

ovaz Kronika tej Szkoły od 1757 do 1788.

Nr. 201. II. $\frac{e}{12}$.

III e 78

(za moie i wier)

Jan Walenty Szyllarski był dziełem Gahlo. widać
w tem rękopiśmie, ~~...~~ - i jest autorem dzieła:
"Porządek nauki dla królowej, młodzi, t. i.
" Gramatyka języka polskiego urzęca etc."
" in 8^o w Lwowie w drukarni S. Trzy 1770.

W dziele tem, kiedy przywodzi abecasto
polskie, tedy literę az, wstawił kopierski
po literze o, - co moie podchwyciwszy,
Bruno hr. Kiciński, chciał wprowadzić
nowic do pisowni polskiej, i w wydawa-
nem przez siebie piśmie oracowem w War-
szawie r. 181 pod tyt Zgodność, - zamiast
wystawił literę o z ogonkiem, zamiast li-
tery az, ten ten nowic nie miał nie na-
badał, i on też z nią upadł.



M.

Valentinus Szylarski
Phia Dr. Eꝝusdemq; in



Conventu Can: Reg: de Saxia
Actualis Pfr: Scholæ Pꝝhlicis
ad Aedes Ssmi Spiritus
A. D. 1762. ON J O R. 17 Junii

IN NOMINE DOMINI Amen

Statutum Imum

3

S. Imus.

De Seniore Scholae Ecclesie Collegiate S^{cti} Floriani Episcopi officio.

Quomodo uniuscujusq^{ue} Scholae tam in Urbe quam extra Ur-
bem iuxta consuetudinem ab immemorabili tempore obser-
vatam legitimam constituimus Seniozem, sive is Magister sive Baccalaureus in artibus liberalibus fuerit, ita et Scholae Ecclesie Col-
legiate S^{cti} Floriani Cleopardie ad Sacoviam statuimus Seniozem,
cui auctoritate non nisi officii Rectoralis Almae Universitatis
Studij Generalis Sacovien-^{sis} ad requisitionem ejusdem Ecclesie
Collegiate Propositi: cui cura fovenda Scholae inuenit. / datq^{ue}
et concessa solemnitate in vestris ordinariam jurisdictionem
in Scholares omnesq^{ue} Alumnos Scholae suae habebit officijq^{ue} eius
erit.

1^{mo} Ut lectionem quae sibi ex ordine in facultate Philosophi-
ca obvenit in Collegio Artium singulis commutationibus
legat, actus Philosophicos absolvat, quatenus exemplo suo stu-
dentes ad diligentiam in audiendis lectionibus frequentationeq^{ue}
actuum tanto efficacius imitentur.

2^{do} Ut diligentem adhibeat curam circa Studiosos tam secti-
ones publicas quam privatas Scholas frequentantes singulis se-
ptimanis saltem tribus vicibus sub tempore vacationis scri-
pta eorum et libros diligentiam recordando examinandos.

3^{to} Baccalaureum seu officialem competentem doctrinamq^{ue} mo-
ribusq^{ue} ac vite probitate commendatum in institutionibus Aca-
demice quarum foveat, qui in studio literarum bonisq^{ue} mori-
bus ac pietate juvenutem exerceat, iuxta ordinationem Studij
infra positam.

4^{to} Singulis septimanis scilicet diebus Sabbathivis Scholam Para-
ochialem visitet, Parochiales examinet, libros eorum et scri-
pturas recordeat.

5^{to} Praetorem judaismi aliumq^{ue} accidentium bone con-
scientiae Vinum constituat, qui se fidelem in peccando ju-
daisimo sine detrimento Scholae sub penis ejus arbitrarie
praebit.

6to. Non majores portiones alia accidentia a Judaeis sum ab alio
personis Scholae dari solita exigat, aut exigi permittat, nisi ju-
ta decreta super eo prolata et ordinationem accidentium in-
fra positam.

7mo. Ut summa diligentia advigilet ne aliqua negligentia
persolvendis Divinis officiis in Ecclesia Collegiata per Dominos
Studios fiat. quod si vero aliquis Studiosorum Ecclesiasticum
officium neglexerit eundem puniat propterea. si secundo infra
sit in duplo. si tertio in triplo. si quarto privet totius Men-
sae judaismo.

8vo. Cantorem omnino strigat ut more antiquo diebus
creationum in compingui Chora Scholae Scholares cantum
doccat, et eadem diligenter attendat.

§. II.

De susceptione Studiosorum ad Scholam.

Neminem D. Senior suscipere in numerum su-
orum Alumnorum, nisi prius ex eo cognoverit et legitimum
testimonium habuerit.

1mo. Cujus sit? num habeat Parentes? quos cognoscat
neque unde habiturus sit victum? ubi arte studia tracta-
vit? num inde si fuerit exclusus proscribitur.

2do. Non tamen examinatum statim suscipiat sed cum
si fuerit saltem scientia Grammatices imbutus remittat
ad Magistrum Dominum Rectorem in Album Universi-
tatis inscribendum.

3to. Quisq; privatam Praeceptorum sibi obligat sive ex Cla-
ssicis Dominis Professoribus Palatiis sive extraneis ei
ab eo testimonium bene diligentia si publicus fuerit ha-
beat, sive Classista ab Excellentibus Dominis Professoribus
in convocazione Sabbathica presentandum. Petibus publi-
cis omnibus ad Mandatum M. D. Rectoris cum omnibus
Studentibus se seuntem ex Schola comitantibus adit, rem-
sub pena officii Rectorali reservata.

4to. Arma si quae Studiosus habuerit D. Senior ad se
recipiat, nec bonum usum unquam concedat nisi disciden-
tibus (Zacovia)

4
5^{to} Unicuique habitationem cum suo Informatore cui sine con-
sensus Senioris non licebit etiam extraneos multo magis intra-
neos Studiosos intrinsecare, assignat, ut in timore et amore
D. E. I. inferiores Studiosi proficiant.

S. III.

De speciali Registro Studiorum

Præter communem inscriptionem in librum qui vocatur
Metrica habeat D. Senior omnium Studiorum etiam
Mendicantium speciale Registerum M. D. Rectori & Juro Com-
missariis quoties necesse sit postulare exhibendum, fide-
litè conscriptum. in quo Catalogo hæc omnia adnotentur.

1^{mo}. Nomen, Cognomen, Ætas, Patria.

2^{do}. Inscriptio in Album Universitatis, quo anno, cuius Rectoratu.

3^{to}. Schola et profectus.

4^{to}. Quanto tempore maneat in Schola.

5^{to}. Quo præceptore privato utatur.

S. IV.

De Visitationibus et Convocationibus.

Memor aut vocatoris et officii sui D. Senior, præterque jurata leges
antiquas.

1^{mo}. Singulis septimanis saltem ter visitet Studentes in eorum
cubiculis, alios quoties necesse sit postulare exhibitis etiam Consi-
liariis: qui vero Studiorum in Visitatione non fuerint eundem
punitur prope B. quam penam illi incurrerent qui in Convocatio-
ne non fuerint, qui autem eorum sub tempore visitationis in
Scholam venerint prope B. puniat. Insuper tempore Visitati-
onis seu inquisitionis D. Senior pateat aditus ad quamlibet habi-
tationem ne ante fores stet sub pena prope B. quod si ali-
quis pertinaçiter aperire & intrinsecare ob crapulam aut
aliam ob causam D. Seniore non volent, statim excludat.

2^{do}. Convocationes diebus Sabbathis: que propter ingruentem
festivitatem & aliam causam legitimam differri aut anticipari
possunt: D. Senior horum à se designata omnino faciat, omnia
jurata leges examinet, discolos et negligentes puniat, et ut omnia
bono ordine succedant censeos assignet: unum ex D. Publicis
qui invigilaret nocturno, unum in finem, unum circa medium
ad percolenda officia Ecclesie quocumque Studiorum descen-
derit, alterum ex Claustris qui absentes à Processionibus notaret,
tertium qui clamores cursitationes, in sphaera in habitationibus

aut transitus minus necessarios ex habitatione in habitationem, aut
 ut deniq; congressus ceteros ad unam habitationem animadvertent
 teret. quartum qui vernacula lingua loquentes intra v. extra
 Scholam adnotaret. quintum qui sese absentantes à Sathanio
 Lauretano à precibus tam matutinis quam vespertinis in schola
 peragi solitis scriberet. sextum eumq; ex Mendicantibus quos
 Munditiem Schola observaret, quorum singulorum notata in
 Convocatione examinationem recipiat, delinquentibus penas infligat,
 ita ut Convocatio sit ad instar iudicij, in qua quidquid potest
 finire videbitur ad melius esse hominis et ad informationem
 aut ad legum observantiam D. Senior pro officio suo ea u-
 pediet, cum Publicis et Dialecticis disputationibus, cum Rhetor-
 icis perorationibus, cum Poëti Grammaticis ceteriq; inferia
 oribus examina instituendo. Quapropter dato per pulum card
 pane signis singuli Schola alienari etiam Mendicantes, et
 extranei privatas aut publicas sectiones frequentantes tene-
 buntur adesse Convocationi. ibiq; silentium et modestiam ser-
 vare sub pena b. propositi et contumacia crescente sub
 penis arbitrariis etiam exclusionis. Nulli autem in Convoca-
 tione locum vocomq; ex eis concedat D. Senior, qui penam
 sibi assignatam quidem adimplere. Omnes veri pane pecu-
 nialia cedent in usum D. Seniori proprium, ut se tanto
 diligentius et operosius in administratione sui offi-
 cii exhibeat.

S. V.

De extraneis Studiosis.

Parem adhibeat diligentiam D. Senior circa Studiosos extra
 Scholam in Parochia sua Ecclesis manentes, tam patris
 quam extraneos attendendo ad eorum mores et diligentiam
 proinde habeat.

1^{mo}. Catalogum specialem eorum de Nomine, cognomine in
 descriptione ut supra S. Tertio.

2^{do}. Stringet eosdem ut iuxta antiquas leges convocationi-
 bus, et solis presentent diligentias.

3^{to}. Discipulos vagos, inobedientes exclusos non fovebit, sed
 eos officio Rectorali deferret.

4^{to}. Senio admonet Studiosos tam intra quam extra Scho-
 lam manentes ut memores juramenti propriam injuriam
 nunquam per se vindicent, sed super eo implorant laudati-

5
aum et assistentiam Magnifici Domini Rectoris.
5^{to} Profugos, peregrinos et quoscunq; ad jurisdictionem
Rectoralem miserabili spectantes fovere in schola nullò modo
presumet.

S. VI.

De etate temporis Scholam inhabitantium
Quoniam sub proteatu Studiorum multi aduulta etate et vali-
di mendicantes quandoq; in Scholis commorantur, nec studijs
literarum incumbunt. Seno precipimus D. Seniore Scholæ hujus
quatenus ejuamodi qui triginta annos etatis exceperint et qui
ultra trigensimum in Schola manserint n̄ habitū super hoc
specialē à M. D. Rectore conceptione à Scholis amoveantur,
aut si inobedientes fuerint officio Rectorali continuo deferantur
siquidem ea juri communitatis prescripta viginti quinque annos
habitu immunitas Studiorum non suffragatur.

Statutum II.

De ordinatione Studij in Schola S^{cti} Floriani

S. I^{us}

De die Dominica.

1^{mo}. Singuli Parochiales invocato spiritū Divinissimo horā 7^{ma}
matutina decantabunt in Stuba majori Scholæ 1^{mo} Pater Noster.
Ave M. R. D. Credo et Præcepta Decalogi 2^{do} Officium parvum
de Beata Virgine 3^{to} si super fuerit tempus unus eorum post
solitas preces et pias cantilenas Sanctorum vitas leget, donec
dabitur dignum escendi pro missa P^{ri}va ad Ecclesiam Collegiatam.
Sub finem autem hujusmodi devotionis D. Senior v^o officialista
Episcopus admonerebit omnes quomodo sese modestè in Ecclesia
gerere, attentè Conciones audire, et ea illa adnotare, aliquaq; ad-
discere; Missæ, Processioni reverenter et devotè interesse debe-
ant propositis exemplis aut ea S^{cti} Vitis Sanctorum aut
aliunde ad devotionem excitantibus.

Sub tempore vero Adventus quoniam Concio de magis fieri solet
ideoq; singuli Parochiales prima Missæ decantanda atq; Concio-
nè cum omni modestia et reverentia aderant, tumq; officia
devotionis in Schola peragi solita omnino persolent.

2^{do} Horis pomeridianis ante meridiam primam instituat ab of-
ficialista in Stuba majori Scholæ 1^{mo} examen quid unusquisq;

exsonare didicerit et illud memoriter referat. explet Evangelium
ultimo tandem dato campana signo Hora 1^{ma} pro catholico
monentur Juventus ut devote et moderate catholicismo adit, ex eorum
fructum colligat ex quo fiat examen post horam 2^{am}. quod
ordinationem circa officia devotiorum etiam diebus festis sin-
guli Parochiales horis matutinis servabunt, exceptis horis po-
meridianis.

3^{io}. Parochiales advenit insuper Vigoris in pervigiliis Feste-
rum et Dominicarum, item sub tempore Expositionis Sancti-
signi alicujus. Festi aut. Dominice Vespere et Proceperunt.
sub tempore vero Quadragesime a prandio Prandii et Pas-
ni pomeridianis usque in finem donec fuerit devotio.

S. II^{duo}

De die Lunae

1^{mo}. Horis matutinis post missam Invocationem Spiritus
Sancti et decantatio Litanias de Beata Virgine quod etiam
fiat quotidie ante invocationem studii; Officialista Schola exa-
men personarum diligentiam absentiarum tam Ecclesiasticarum
quam Scholasticarum abadet. secundo Breve Exerciti-
um polonicum per Regulas Grammaticas ex tempore compo-
nendum dabit, incipientibus vero pro captu eorum addifen-
da tradet, tertio dato signo pro missa matutina eodem ex
Schola dimittet, quarto post missam matutina admovebit
ut cum omni pietate precem et Decalogi Praecepta decantent,
quas tamen preces si curam impeditus fuerit: statim post
Litanias Lauretanas decantandas juventuti injunget.
quinto frustra devotione decompositum Exercitium in fasci-
culis recipiet, quod ad Etymologiam et Regulas Syntaxeos
reducat, sexto hora 7^{ma} aggredientibus de Clavisibus Pro-
diosis apignatio pensio pomeridianis eodem dimittet.

2^{do}. Omnis ut supra, horis pomeridianis facta correctio-
ne Exercitii innotuit reductio ad Etymologiam et Regulas
Syntaxeos, qua peracta detur per Officialistam Stylus
componendus, sub tempore componendi. Styli alii minores
Elementa discentes examinent, sectiones ipsis scribantur,
Stylus decompositus a Angulis in fasciulis recipiatur, qui
his omnibus in rigore peractis hora quinta Juventus
dimittatur.

6

S. III.

De die Martis

De mane similiter ut die Lunae; si non concederetur recreatio quas alias hic in septimana fieri serio prohibemus, canonique exactiones ut pote in debitas et erudas abrogamus. Adde si vero concedatur recreatio doceatur et demonstraretur Arithmetica ejusque Species Practica ostendantur. Nonis vero pomeridianis si non concederetur recreatio similiter ut die Lunae

S. IV.

De die Mercurii.

De mane ut die Lunae post prandium promissio ut supra de Stylus per Regulas Grammaticae extemporae componendus.

S. V.

De die Jovis.

Si non concederetur de mane recreatio doceatur Arithmetica, si vero non tam à mane quam à prandio haec omnia serventur ut die Mercurii.

S. VI.

De die Veneris.

Similiter tam de mane quam post prandium ut die Mercurii.

S. VII.

De die Sabbathico.

Imo. de mane post praenissam Invocationem Spiritus Sancti et decantatio Litaniarum Notum Tempus impendetur recapitulatio eorum quae per septimanam tradita sunt. Unde omnia per se memoriter omnes et singuli recitare, sectiones praeteritas explicare, libros diligentiam non minus seriptos et debite compactos monstrare, locutiones et dubia ex constructione instituerentur. Reliqua ut supra die Lunae

Adde a prandio post per se omnia recitata Catechismum et manuum D. Senioris & Officialista Eius explicabit, et Stylum domesticum pro capta Juventutis facilem et planum die Lunae reddendum dictabit.

S. VIII.

De Ordine, Promotionibus et Dimissionibus.

1^{mo} Scholam Parochialem frequentantes D. Senior in tres exdividet Clases. In 1^a Clase eos qui componunt in 2^a eos qui Grammaticae quidem in 3^a student. in 4^a Ceteros inferiores collocabit. quem ordinem servandum Officiali Scholae demandabit.

2^{do} Stylum Promotionalem D. Senior per se sub tempore examinationis Claustrum peragendi facilem et brevem dabit, Promotionem q^{ue} in exhortationem part^{em} Claustricam instituet. Dimissiones vero et Innovationes Studij more solito Claustrum faciet.

Statutum III.

De Alumnis Scholae S^{cti} Floriani officijq^{ue} eorum.

S. 1^{us}.

De ingressu et egressu alijsq^{ue} officiis et obligationibus Scholarium S^{cti} Floriani.

1^{mo} Quenadmodum ad alias Ecclesiarum Scholas intra & extra Urbem ita et ad Scholam S^{cti} Floriani nullas admittatur per D. Seniores nisi in Alburni Universitate Studij Graecivensis fuerit inscriptus, cujus ingressum D. Senior examinatib^{us}q^{ue} in omnibus quae S. Secundo Statuti Anni demandata sunt in M^{ag}istrum Alumnorum Scholae referat anno, mense, die adnotatis.

2^{do} Post ingressum Scholae quilibet Alumnus stipulata manu que vim habet juramenti sese obstringat jura. hanc formam Ego M. promitto D. Seniori Scholae obedientiam in omnibus iuris et honestis et quod Statuta hujus Scholae omnino servabo secreta domus nemini revelabo.

3^{to} Ad Scholam susceptus si diligens in studio morigerus q^{ui} fuerit per triennium foveatur, nec illi ultra prorogare tempus manendi prout S. Sextus Statuti primi obloquitur D. Senior presumat. Quare D. Senior finitio singulis communitatibus publicarum lectionum Auditores omnino stringet, ut habeant lectiones manu propria suorum Professorum subscriptas et profatio lectionibus unquamq^{ue} examinando et profectum in scientiis M. D. Pectori deferendo.

4^{to} Nemini Studiosorum Scholam inhabitantium sine speciali nostra licentia nuptijs assistere, sine confer

7

su expresso d. Seniore aut in locum eius substituti domum y alio
discedere v sece absentare, sub tempore cespantiura sectionum ea
Schola egredi, per Urbem sub frateatu negotiorum vagari, sub
pana arbitraria per d. Seniore estendenda.

S. II.

De officio pietatis Studentium

1^{mo}. Quoniam timenti DEUM non occurrunt mala. inicitiumq;
Sapientie timor Domini est, omnes hujus Schole Alumnii ante
omnia studium pietatis timorisq; DEI impense colant, ut ita in
suentis feliciter proficiant et finem ultimam medium ad vitam
eternam consequendam necessarius usi DEUM Ipsum attrin-
gant et complectentur. Adent piis conatibus Mater Misericordia
Dei para Virgo si Eius cultum devote promoverint Ideoq; sin-
gulis diebus Sabbatibus tam intranei quam extranei Literari
as Lauretanas in stuba majori Schole hora designata ante
Convocationes cum suis Antiphonis decantabunt.

2^{do}. Publicarum sectionum Auditores, Dialectice, Rhetores et Poe-
ta Scholam hanc inhabitantes iuxta antiquam consuetudinem
in eadem Schola receptam diebus solemniorum Fectorum in
Ecclesia sua Collegiata uti S. N. S. S. Domini, Beate Ma-
rie Virginis, Sanctorum Apostolorum, S. Ignacii, S. S. Tri-
um Regum, S. Floriani, Beati Martii, Dedicacionis Ecclesie
sue, Matutina, Prima, Vesperas, Completoria et inpervigiliis
corum festorum quorum Vesperis Capitulum aduertit som-
pletoria, diebus Dominicis et Festis Primas et Vesperas cum som-
pletoria, tempore vero Adventus Quadragesime diebus Domi-
nicis Summas Missas exceptis diebus festis quibus tantum
Completoria cum omni modestia decantabunt. Item Processioni-
bus diebus Dominicis, Purificationis Beate Marie Virginis, Feri
Cinensum, diebus Rogationum, die Defunctorum cum Baccalau-
reis et Senecis ibidem degentibus ne deniq; extraneis tam pu-
blicas sectiones quam privatas Scholas; etiam Parochialem
Scholam frequentantibus interesse tenebuntur.

3^{tio}. Grammatica, Parochiales et singuli Mendicantes in eadem scho-
la manentes preces matutinas et vespertinas consuetudine laudabili

receptas cum Statibus Lauretansis dato campana pulsū singulis diebus recitabunt, solitasq' Antiphonas decantabunt.

Uto. Omnes deniq' et singuli Scholæ Alumnus quolibet Mense Festis solemnioribus præsertim B. M. Virginis Consuetudines suas observabunt, Sanctissimumq' Eucharistiæ Sacramentum devotè sumunt. Quod D. Senior strictè ab omnibus servandum curabit, et in transgressores huius Saragaphi singula puncta seriè animadvertet sub pena nostra arbitraria in eum extendenda.

S. III.

De observantia erga Superiores.

1^{mo}. Mandatis M. D. Rectoris Almae Universitatis Studii Paderbornensis singuli pareant, et quotiescunq' ad aliquem actum publicum vocati mandato Episcopi fuerint omnes et singuli præcipue diebus quatuor temporum etiam extranei et Parochiales præsentate Officiali Scholæ omnino compareant, ibidem usq' ad finem intererint sub pena per D. Seniores infligenda.

2^{do}. D. Seniores quilibet Alumnorum debitè honore prosequantur, Eisdemq' in omnibus licitis et honestis potissimum iis quæ modestiam, mores, studia, munditiam, aliisq' morigeros honores decentiè concertuat obtemperent.

3^{ta}. Si quis ad D. Seniores vocatus venire recusaverit aut per dente iudicio sive tempore Convocationis et Visitacionis, v' alias impositionem sibi silentium non servaverit talis primo morietur, secundo Expositio purior, tertio excludatur. quarto quicunq' D. Seniores verbo scandalosè derisorio contumeliosè v' alio quovismodo offenderit, aut qui ante habitationem ejus irreverenter de habuerit, fram eam evaginaverit, multò magis eandem habitationem simili modo intraverit v' super ea clamores et insolentiam excitaverit v' contra eundem simultates, sectasq' conventicula aut machinationes maxime circa dismembrationem accidentium Scholæ fecerit, aut eodem palam circa easdem dismembrationes præcipue accidentium Scholæ, aut verba comminatoria profuturè v' arma sumpserit talis illico excludatur.

S. IV.

De officialibus Scholæ

1^{mo}. Statuimus Primum Officialem Scholæ Patrem, qui secundum


locum in Schola post D. Seniore[m] habeat, cumq[ue] singuli Alumn[us]i
 reuerentur. In Patre[m] vero Scholae Dominus Senior illum quem digno-
 rem officii, moderate[m]q[ue] ceteris Alumnis viderit, constituet, cuius
 officium erit 1^{mo} presentia[m] sui pro posse omnimodamq[ue] mode-
 stiam in Schola serbare. 2^{do} Alumnorum motus compescere,
 simultates conventicula clamores et id genus alia D. Senior de-
 ferre, Personar[um] iniurias in absentia Senioris a studiosis et
 praecipue mendicantibus facilitate 3^{to} Mandata M. D. Lectorisq[ue]
 actus publicos, Resumptiones, disputationes lunares, Matuti-
 na in Ecclesia Collegiata decantanda notificare. 4^{to} exortio-
 nes indebitas a Iudeis per Praetorem Iudaismi factas. easq[ue] in
 Catalogum non inscriptas deferre, Catalogum Iudaismi exami-
 nata Mendicantium scientia de Numero, qualitate et quan-
 titate Iudeorum ne aliquod detrimentum D. Senior et Scho-
 lares Eius patiantur quolibet die recidere. Mendicantes Gram-
 maticam docere, Lektionen ab iisdem quemadmodum et a Pa-
 rochialibus atq[ue] Grammaticis Ter in septimana diebus dur-
 tant Luna, Mercurii et Venere exipere, in cantuq[ue] eos
 dem quolibet die Sabbathi exercere, Mendicantes insuper
 a studiis absentare, nec diuagari permittere, ne v[el] molesti-
 as Iudeis aut quibuscunq[ue] aliis quocunq[ue] tempore faciant se-
 rio animadvertere, omnem munditiam domus curare, atten-
 dere serio ne iidem Mendicantes Matutinas et Vesperinas pre-
 ces praetermittant, aut easdem cum Litaniis decantantibus
 recitantes contra quantitatis exactam observantiam errent,
 ne vel in Dominica Palmarum aut habitu histrionum, aut
 mersationibus frivolis utantur et per Urbem diuagari extraq[ue]
 Paroeciam suam Iudeos infectare presumant, Sed iisdem intra
 limites sus Paroeciae Iudeos in Scholam sine omni motu con-
 ducere, signaq[ue] secundum tantum consuetudinem a certis homi-
 nibus Expetere, diligenter sub pena privationis sui officii pre-
 caere demandabit.

2^{do} eadem hebdomada qua fieri solet Fectis M. D. Lectoris

ex quatuor presentatio a Domino Seniore eligatur Consiliarius
ex parte Studiosorum, et si diffonia vota seu discordia circa
jussmodi electionem obvenierit liberum erit D. Seniore quem
modum ex parte sui Consiliarium constitutere, quem dignum
officio viderit, ex parte vero Perillustri Provisoris ille fiat quem
determinaverit ^{Populunginis} Provisor, officium autem Consiliarium erit
causas perplexas et intricatas ^{una cum D. Seniore} discutere, magisterii domus ad
sendere, exorbitantias Alumnorum D. Seniore deferre.

3^{to}

Statuta ista precipue sunt Scholam
Parochialem S. Floriani concernentia,
uti Contributionem Judaismi his
temporibus laudabiliter cassatam,
exigentem, utamur in aliis suis Uni-
versitatibus ista sunt, quae in omnibus Scho-
lis observari et ad executionem deduci
possunt. Coetera ad regimen Schola-
rum pertinentia facile ex nova dispo-
sitione pro Scholis Parochialibus ab
Excelso Praefectorum Commissionis
Educationis Regni Collegio tradita
habebuntur. • Fortem itaque ipsum
adire licet libenter volenti ex absse
respondere munus sibi incumbens.



**GONIEC
KRAKOWSKI.**

DZIENNIK
POLITYCZNY, HISTORYCZNY i LITERACKI.

— ooooo —

od N^{ru} 1^{go} do 39^{go}

Październik, Listopad, Grudzień

1828.

OGÓLNEGO ZBIORU TOM I.

W KRAKOWIE,

NAKŁADEM i DRUKIEM
WYDAWCÓW BRACI GIESZKOWSKICH.

1828.

IN NOME DNIA

Annô Domini.

Millesimô. Septingentesimô Quinquagesimô. Septimô
Die Vigesima Maji 1797

Sub felicissimo Regimine Magnifici Perillustris Reverendissimi
Dni. M. Casimiri Palaszowski Scrae Theologiae Do-
ctoris & Professoris, Canonici Cathedralis Cracoviensis & Almae
Universitatis Cracoviensis Generalis Rectoris, Collapsa à multis
Annis. restaurata est Schola Sani Spiritus, sollicitudine et sum-
ptu Reverendissimi Dni Stanislai Wolcki Canonici Reg: de
Saxia Generalis ac perpetui Praelati, qui jure sibi debito ac privile-
gio Creationis insistens requisivit et postulavit à prefato Modera-
tore Ordini Academicorum Subjectum capax ad Regimen memora-
tae Scholae exercendum, nec non ad officium abundantum Professoris
scientiarum intra mania conventus tradendarum oblata eidem congrua
(Suentorum scilicet florenoru Polonicarum) Annuali pensione,
ac quotidiana victus cum servitore subministracione sufficienti: tali
nimirum, qualis duobus in conventu eorundem Canonici Reg:
sacerdotibus dari consuevit). Quare annuus Sacerdotis Reveren-
dissimi Gnalis Magnifici Almae Universitatis Rector designavit
M. Georgium Lubrycki Pnae Dre & Profrem Seminarij Academi-
ce Diocesani Triennialem Vice Praefectum, Ecclesiae Parochialis
in Tulkowica Curatum, Praebende Szerepanovion ex Recadri-
cacione legitimum Patronum, quod in actualem Possessionem Praefatae
Scholae ac efficacis promissionis participationem introduxit Perillustris
Clarissimus ac Sdm Rndus Dnus M. Casimirus Szeploski Scrae
Theologiae Professor, Seminarij Academi-ce Diocesani Praefector, Septen-
nalis Collegiate S. Floriani Canonicus, Ecclesia S. Jacobi ad
Cracoviam Praepositus, una cum Perillustri Clarissimo M. Joanne
Rygalski Pnae Dre Regio Professore Collega Magore immediato

triennali Praefecto Seminarii Academico-Diacesani, Actuum Rectoris
Ordinario Notario, Ecclesia Collegiata Sanctae Annae Procuratore,
assistencia duorum Bedellorum seu Sacerdotum, ex una: altera e-
te in Praesentia praefati Reverendissimi Generalis Praelati
vtrium duorum Definitorum ejusdem Congregationis. Et quidem
primi Theophili Kucharski, alterius Admodum Reverendi
odori Swelski, Secretarii et Notarii jurati.

C A T A L O G U S

Studiosorum Scholae Sacratissimi Spiritus.

Annò Dni 1757 d. 20 Maji susceptus est ad plantanda Scholae

D. Lucas Michaliski Scholae Rhetorices alumnus.

Ad d. Julii suscepti sunt ad habitandum.

D. Franciscus Snayder Scholae Grammaticae alumnus, qui
habet annos 16. completos, victum à Parentibus degentibus in
Hospitatu.

D. Thomas Chudzikiwicz ex Grammatica qui annos habet 20 victum
à Parentibus degentibus in Platea Hospitatu.

Parochialem autem Scholam terminavere 6. Adolescentes ex Plat.

In Exordio Commutationis Hyemalis.

Annò Dni 1757 mò d. 20 Ibris.

Sub Felicissimo Regimine Magnifici Peritissimae Clavis et
Rendi Dni M. Gregorii Josephi Lopiotek Sacrae Theologiae
et Pfrs. ac Decani ejusdem Facultatis nec non Procancel-
lari Dignissimi Rectoris vigilantissimi.

Susceptus est ad informandam Juventutem Parochialem

3. Jacobus Woycieki M. O. C. exhibito testimonio Ma-
onis praeterite ac morum exemplarium qui Annu spenti
ex Palatinatu Crac. Villa Rogow.

Eadem d. ad residendum in Schola susceptus est episcopus Germanus
Josephus Woycicki Scholae Grammaticae alumnus Annor d.

d. 30ma 9bris.

D. Michael Maszykowski Scholae Dialectices auditor An-
rum 33. ex Palatinatu Crac. Villa Obrom.

Eadem d. susceptus est ad habitandum.

Stanislaus Maszykowski Germanus Frater praefati
Scholae Grammaticae alumnus.

Item D. Josephus Majowski ex Palatinatu Crac. Urbe Ma-
chow. victum habet à Parentibus.

Ad finem praefatae Commutationis Hyemalis fuere Paro-
chiales Studiosi - 20.

Anno Domini 1750 pro Commutatione Aetiva.
Sub Felicissimo Regimine Magnifici Dni Rectoris jam immedia
Specificati nulla facta est mutatio Notatu digna, nam idem Of
ficialista in sua diligenti instructione perseverat sub Regimine
Dni Georgii Lubrzycki jam memorati.

Ima Julii susceptus est ad habitandum.
D. Michael Ramszewicz Publicus ex Palat. Crac. Oppido San
decz Annorum 22 qui victum habet a Parentibus.

Ad finem hujus commutationis Aetive fuere Parochiales studium

Annò Supradicto Die 20ma Obris pro Commutatione Hyemali
Sub Felicissimo Regimine Magnifici Peritruvis Crmi. &
Admodm Reverendi Domini Stanislai Philippowicz Sa
gre Theologiae Doctoris et Pfr. ejusdem Facultatis Deca
ni Universitatis et Collegii Majoris Senioris Patris etc. etc.
Studii Gnalis Almae Universitatis Crac. Vigilantissimi Rectoris
Susceptus est ad informandam juventutem Parochialem.

D. Andreas Mquowski Annos habens 22. complendos
ex Oppido Lator. praeterea immediata Commutationis
Rhetor.

Die 6ta Obris. Susceptus est ad habitandum in Gfata Schola.

D. Lucas Michalski Scholae Rhetorice Alumnuus, ex
hibito prius liberae dimissionis ex Schola S. Ste
phani testimonio.

Annò 1750 Q. 10ma Sobris

Ad requisitionem memorati Senioris deputati sunt duo Commissarii ex
dispositione Magnifici Dni Rectoris ad investigandam veritatem
Utrum juste conuenitur de superficiali et inhabitabili repara
tione Scholae a suo Provisore. Cujus revisionis cum nullum
sortitus sit optatum effectum, quinimo cum eam oblivioni tra
ditam agnovit, propriae tamen sanitati convulens expendit de
propria crumena pro reparatione debita sua residentia ac
ejusdem atinentis floren. Polk. Numerando unum per gros
sos 30. Sexaginta octo. ff. 60. Quos jure merito reperendo cen
set ab eo, cui reparatio de jure et justitia comperit.

Verum tamen. finito cursu Philosophico in Conven. Can. Reg. de Sa.
nia die 5ta Julii An. 1759. Deo adjuvante plausibiliter quia
duabus publicis cum subscriptione Mecanaticibus Dispu
tationibus praefato unico die laborem suum una cum
residentia bienniali terminando, testatur sacerdotati Con
vica

scientiā M. Georgius Cantius Lubrzycki Thia Dr ac Actualis Przys
Lukowica Curatus Nullum nec per se nec per Scholares daren
aliquid intulisse, super quod iuste incuvari possit Schola
Spiritus Provisor Quinimo grato Successori relinquit duas
denarias commodè reparatas in januis, fenestris, fornaci
ac simul serras duas cum Clavibus adhuc pro Casu duobus
tis. Insuper ad latus residentie Senioris de novo exstruc
Apservatorium pro rebus conservandis, quo à prima ex
one caruit. Præterea Schole seu Scholaribus relinquit die
vo comparatam Stellam. Postremo Alliciendo ad devotione
B. V. M. R. I. E. in facie Schole depictæ applicuit serpe
is temporibus Stellam unā cum lampadibus pleniv
vō ut ardeant tempore Litaniarum à semi altero Ann
ne interruptione cantatarum ab habitatoribus prefato
Schole. Que omnia ut conserventur Ad. M. D. V. O. M. S.
riam B. V. M. Honorem. B. J. Cantii Venerationem
mediatum Successorem hæprimis nec non reliquos on
sub Ielo promotionis Nominis Academici obligo, atq. Ma
mea vitā Superiores promotione Successores rogabo, Inp
res licet digniores suavissimis stringam Mediis. Idem qui

Annō Dni 1759. 2. G. A.

Stante Rectoratu Magnifici Perillustri Clarissimi et Endi
Domini M. Stanislai Mameczyński I. U. Dns et Priv
dialis Cracoviensis Canonici etc. etc. Almae Universitatis Cra
ensis Generalis Rectoris. Post resignationem Clami et adm
Rendi Dni Magni Georgii Lubrzycki Successorini regimen Sch
Smi Spiritus Clamus Dnus M. Iosephus Przybiński, introd
tibus eum Mustri Clamo et Adm Rendo Dno M. Antonio
chawski Philosophiæ Dri et Dri Collega minore, et Clamo ad
Rendo Dno M. Iosepho Czechowicz Thia Dri et Dri Collega
nore ex pte Magnifici Dni Rectoris. ex parte vō Perillustri
Rendissimi Dni Luca Stanislai Wolski U. I. Doctoris
stitutionis Sancti Augustini. Can. Regul. de Saxia per utra
Poloniam Prepositi Generalis, Perillustri Moczyński Procurator
ac Prepositi Xenodochii, et Perillustri Iosephat alle Nomin
Rendissimi Generalis Secretario. In quam Scholam suscep
Studiovos sequentes ordine suo Annotatos.

Annus Dni 1759.

Die 29 Ibris Evaristus Blonski ex Palatinatu Sandomiriensi Villa

Przyca recommendatus à Francisco Czarniecki Artiu institutoria nomine
parentum suorum à quibus Victum habet et ceteram sufficientiam
Annos vero 10 Studet Elementis

die 23. Obvis. F. D. Rozycki ex Latinitate Sandorniriensi recommen-
tatur à F. D. Parente suo à quo victum habet et ceteram sufficientiam
Annos vero 9

Annus Dni 1760.

die 19. Januarii V. Jacobus Pawethiewicz M. O. C. recommendatus
Casimiro Chyliniski audit cursum Phisicum et Sacramen-
tum Victum habet proprium

die eodem. Franciscus et Josephus Chylinscii Cracovienses re-
commendati à Parente suo à quo et victum habent Jose-
phus Annos 16. Franciscus 13 Student principiu

die 24. Martii post amotionem ingenii Lucae Michalicki ex Scho-
la, induci ad imprimandam juventutem V. Petrum Zawadzki
M. O. C. ex Schola D. Annae, qui à V. Jagielski Amæ Laureæ
Candidato recommendatus est.

die 24. Maji Josephus et Thomas Cyszczanowicz recommendati
à V. Petro Officialista Scholæ hujus. Thomas Annos 22 Jo-
sephus 11. Victum et ceteram sufficientiam habent à Parentibz
ex Oppido Mylenice.

die 26. Maji Petrus Marciniewicz testimoniatus Victum habet
ex Providentia Annos 24. Studet principiu in Schola

die 26. Augusti post recessum V. Petri Zawadzki ex Schola
ad Seminarium constituit Officialistam V. Thomam Ciszcz-
nowicz

die 1. Tomæ Obvis Wroniski Lathorien recommendatus à Vene-
rabili Thoma Ciszczonowicz Victum habet à Parentibz
Annos vero 17 frequentat Scholam Grammaticæ.

Hi itaq sunt qui manserunt in Schola hac Sacratissi-
mi Spiritus Senioratu meo, quam Scholam recepisse
ne ullis legibus sine ulla date, ad oculum quidem repara-
tam, via tamen habitabilem, fundamentali reparatione
et sincera indigentem, ex qua Annò hoc Dni 1760mo
Ultimis Novembrii jussu Majorum alio commigravi.

Hæc omnia ex scriptis duorum, qui me præcesse-
rant, Olimor Seniorum fideliter transsumi curavi,
eademq, scripta manibus illorum propriis conservavi,
atq, perpetuo penes hæc Acta aservanda judico.

M. Valent. Szylarski
Pud. Dr. ejusdemq, in Cuz-
can. Leg. de Sadaia Bact. Pfr.
Schola hujus ordine Stud. senior.

IN NOME DNI AN

Annó Dni 1760 Die 22. gbris.

Sceptra Academica attollente

Magnifico Perillustri Clarissimo ac
Adm Rdo Dño Dño M. Casimiro

J A R M U N D O W I C Z

U. S. Dñe, et Pfr̄e, ejusdemq. Facultatis
Decano, Ecclesiarum; Collegiata S. OO. Crac
Custode, Parochialis in Luborzyca Curato,
Contubernii Starnigeliani Provisore, Studii
Generalis Universitatis Crac vigilantissimo

R E C T O R E

a
Perillustribus Clarissimis ac Adm Rdis Dñis
Dñis: M. Jacobo MARCISZEWSKI. I. U. Pfr̄e
Collega Juridico, Ecclesiarum; S. OO. Cracbu:
Primicerio, Voyniceni Canonico, Pfr̄lis in Ko-
niuszka Curato, et M. Francisco Xaverio
de Pohorce POHORECKI. I. U. Pfr̄e,
Ecclesiarum Collegiatarum; Sandedensis
Primicerio, Voyniceni Decano, Parochialis
in Fryszak Curato, Contubernii Juris pe-
ritorium Seniore, Collega Juridico vocato.
Assistentibus duobus Bedellis: in presentia
Deputatorum ex parte Perillustri et Admis
S. Lucae Stanislai de Podhayce WOLSKI. U. S. D.
Can. Reg. de Sardia per utramq. Provinciam
Drapostiti Gr̄lis perpetui Illust. ac Religiosor The-
ophili Kucharski Definitoris Gr̄lis primar̄li,
ac Dominici Osuchowski Concionatoris Ord.

Ego M. Valentinus SZYLARSKI
Pfr̄ia Dr̄ et Pfr̄ in actuali Regimine Scholae Pfr̄
ad Cedes Dni Spiritu Can. Reg. de Sardia, cum Officio tradendo
br a primis S. OO. subinde Pfr̄ia in Contu Statu Canonico
sum. I N T R O D U C T U S.

CATALOGUS STUDIOSORUM

Quibus liberam in Schola mansionem permisi

Annò Dñi 1760 d. 27. gbris.

Commutatione Hyemali.

Recepi unà cum Legimine Scholæ Adolescentes in ea mansio-
tes no 5. Scholam Parochialem tunc frequentabant Juvenus
partim in schola, partim in hac, alijsq. Parochiis manen-
tes no 19. ut Catalogo mihi ab Officialista tam existente Verho-
Thoma Ciszczonowicz porrectus edocet.

Annò Dñi 1760 Commutatione Hyemali

d. 15. Martii permisi mansionem in schola venienti cum
testimonio ex Schola Parochiali B.V.M. Ingenus Sebastianus
Kargulewski Scholæ Rhetorices Alumnus nato annos 20. in
Villa Szerepanow Palatini Craj, cui d. 31. Martii ejusd. anni com-
missi munus Officialista, amoto V. Ciszczonowicz, immedi-
ato ejus antecessore in vita moribus notato, qui dein de-
posito habitu Sacerdotali, quem portabat, utpote M. B. d. ta-
Clericus, militis Ulanorum in temporis hac existentis ho-
norem dedit, ubi et occubuisse tempore certaminis festi-
Cum eodem Ingenus Kargulewski admisi alios duos ejus ne-
pe Discipulos, nimirum Laurentium Adalberti Laskawski
ex oppido Woynicz natum annos circiter 14. victum ha-
bentem à Consanguineis studentem primis Grammaticæ
rudimentis. Alterum Adalbertum Thoma Borowicz
ex villa Przyborowia, natum annos 10. victum curâ propria
habentem, studentem Grammaticæ duorum uterq. ex vacatio-
nibus ad hanc Scholam non rediit.

Eodem Mense admisi ad Scholam Josephum Michaelis Podaj
pauperem oratorum mendicatis pape viventem, studentem Donato
Inveniente Commutatione Astiva Parochiales numerabant 30. constat ex Catal. gbris

Commutatione Astiva.

d. 6. Aprilis permisi liberam in Schola mansionem honesto
Matthia Adalberti Nawrocki, nato annos 16. Craj, victum
habenti à Parentibz, Scholæ Rhetorices Alumno, qui est
inscriptus in Album Lectoratu Magni Perilli olim a
adm. L. d. M. Stan. Philippowicz supra Thia Dni universi-
tatis senioris Patris. Qui finita hac Comm. rediit ad Parentes.

d. 10. Maji permisi mansionem in Schola Martino Casimiro
Krauz nato annos 20. in villa Kanczuga Ducat. Oswiecimensi
victum habenti à matre, inscripto in Album Lectorate Ma-
gnifico Perilli Mamczyński circiter 1759. An. migravit notat.

d. 27. Maji permisi mansionem Joanni Valentini Gorayski
nato annos 19. in urbe Sandomierz, studentem rudimentis
Grammaticæ, victum habenti ex obsequiis sacerdotibz in mona-
sterio praestari solitis.

d. 4. Junii permisi mansionem in Schola venienti cum te-
stimonio ex Schola B.V.M. Ingenus Simoni Joannis Borawic-
wicz, Scholæ Rhetorices Commut. 3tia Alumno, nato
anni 20. in oppido Scarbimiria, in Album inscripto, Le-
ctore Magnifico Ott. Casimiro Pataszowski, ann. circiter 1758.
victum habenti à Parentibus. Qui ex vacationibus n. rediit.

d. 29. Aug. admisi ad habitandum in Schola Ingenuum

Lucam Michalski Schola Rhetorice et Commutatione Alumnorum
 annos 24. ex villa Sangrot Palatin: Grae in album inscri-
 ptum, victum habentem ab Avunculo sacerdote, et Schola S. Ni-
 chlai cum testimonio quidem sed lacerato adeo, invalido ve-
 nientem, qui recommendationem procuravit a Perillustri
 Kiewicki Act: Rect: Notario et in supplementum sub-
 scriptionem pro se dedit alias jam notatus, qui nec modo
 nota migravit, minoribus H. Ordinibus initiari curavit, Testi-
 monio de vita et moribus quale meritis, tale obtinuit, cum
 annuo admisso non fuisset, nisi melius aliunde emendica fess,

20bris. Permisi manere in Schola S. Gasparum Brzechfa,
 Schola Gramod: Ste Commutt: Alumnorum natum annos 23. Grae in
 album inscriptum circa Anni: 1750. victum habentem a Matre
 recommendatum a Condiscipulo D. Kraut. Adstrinxit se obsequi-
 cupus Dni in Aula, a me habita recommendaone.

4.bris Admisi ad Scholam incolendam Ingenuum Simo-
 nem Pieniazek natum An: 20. in villa Balice studentem do-
 cto, victum habentem a Parentibus. Abiit ppter defectu susten-
 tationis.

9.bris Admisi ad Scholam cu libera mansione Ingenuum
